342

Ubi eſt morſ ſtimuluſ tuuſ. Stimu-
luſ autem mortiſ peccatum eſt. uir-
tuſ uero peccati lex. Deo autem gra-
tiaſ. qui dedit nobiſ uictoriam. Per
dominum nostrum ihesum christum.

R. Libera me domine de uiiſ inferni qui portaſ
ereaſ confregiſti et uiſitaſti infernum et de-
diſti eiſ lumen ut uiderent te qui erant in pe-
niſ tenebrarum. V. Clamanteſ et
dicenteſ aduениſti redemptor noſter. Qui.

R. Libera me domine de morte aeterna in die
illa tremenda quando caeli mouendi ſunt et
terra. V. Dieſ illa dieſ irae dieſ calamitatiſ et
miſeriae dieſ magna et amara ualde. Quando.
V. Quid ego miſerrimuſ quid dicam aut quid faci-
am cum nil boni perferam ante talem iudicem.

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 394, p. p.%20342 – Calendar, List of the Abbots of the Monastery of St. Gall, Regula S. Benedicti, Rituals (http://www.e-codices.ch/en/csg/0394/p.%20342)